

NAEVIUS CANINIUS, in medio. S. C. Hunc nummulum exiguum aeneum habet apud se D. Antonius Augustinus Roma.

In una parte.

88. Congius habetur, circumpendente herba ornatus, in coronæ speciem, ore capaci, cuius fundus in rhombum desinit. Circum. IIII. A. A. A. F. F.

F. F.

In altera.

Literarum circulus habetur, qua superiorū sententiam absoluunt. CAPELLIANVS, in medio. S. C. Aeneus hic nummulus mihi visus est Roma apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

89. Dextra iuncta caduceum pari opera medicū tenent erectum. Circumscriptio. TAVRVS REGVLVS EYLCHER.

In altera.

Textum tantum literarum ad superiorem periodum attinentium reperio. IIII. A. A. A. F. F. in medio. S. C. Aeneum hunc nummulum vidimus Roma apud D. Antonium Augustinum.

In una parte.

90. Symbolum Concordiæ, pacisq; reperitur, dextra coniuncta, medium continentes caduceum, Inscriptio. SILIUS ANNIUS LAMEA.

In altera.

Litera